

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 27

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 43.

Cod. XXVII.

43.

Cod. XXVII.

partim membran. partim Chartae. Fol. sec. 96. J. 22.

Valerü Maxi
mi Lib. IX. Fac
torum Victorum
que memorabili
um.
Libri X. de
Nominibus
fragmentum.

hinc
hinc!

Elegantissimo charactere et literis auro et colore variegatis exaratus. Continet Valerü Maximi libros IX. de factis et dictis memorabilibus virorum illustrium, sed mutilatos. Prima deest pagina, et cum illa omnia, usque ad verba: "Metellus vero pontifex maximus posthumum consulens eundem flaminem" etc. quibus codex noster incipit. Præterea collatio codicis nostri instituta cum editione Valerü Max. ab Abrah. Torrenio, Leida, 1726. 4. facta propter plurimas lectiones variantes etiam majores Ms. nostri lacunas præpalavit; v. g. ante capitulum de omnibus defuit illa, de quibus adeo sibi gratulatus est Aldus, ut in frontispicio sua editionis scriberet: "Exempla quatuor et viginti nuper inventa ante caput de omnibus. quorum exempla omnibus in Italia Valerü Max. exemplaribus tam impressis quam manu conscriptis defuisse", in præf. ad Cæspirianum idem Aldus asserit in edit. Torrenii, T. I. a pag. 96. Milesia Ceres, usque ad pag. 47. Deiotaro vero Legi. Ceterum exempla ista 24 non integra neque ipsius verbis Valerij concepta, sed ex epitome quadam Valerij restituta esse suspiciantur Eruditi. - Libro VIII. cap. 7. et sequentibus que habentur in edit. Torrenii Tom. 2. a verbis: "Terentius autem Phars", pag. 726. et sequentibus partim quædam desiderantur, partim Bibliopægi stupiditate susque sunt deque versa. - Finito libro nono inchoatur decimus, Epitome de Nominibus inscriptus, hæc præf. Liuncula: "Decimus hujus operis liber, qui et ultimus videtur, vel negligentia vel malevolentia librorum indeperit. Abbreviator vero titulos ejus habebat integre fortassis, tamen de uno tantum, hoc est de pronomine Epitoma representabat. Absque dubio Scriptor noster dederat, quantum poterat, sed merum decimi libri fragmentum; jam enim desinit in verba: "Animadverto venim in Consulibus fastis perplexum; usum; nominum et cognominum fuisse dictum. Posthumum Cominium Auruncium, Posthumum Cæsar. et; Abutium;"

"Explicit Liber Valerü Maximi Deo grâs Amen."

Valerius Maximus, Romanus Philosophus et Orator, Augusto, Tiberioque Carissimus hoc lib. IX. de factis et dictis memorabilibus composuit, eidemque Tiberio dedicavit circa an. Lsti 20. quos vero nomine sub ejus

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 27

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 44.

44.

Cod. XXVII.

nomine legimus, viri docti habent pro Epitoma ex maiore
 Valerii opere combinata, maxime cum dictionem aliquandam
 prodant, illa fere stante indignam. Unde Erasmus in Cice-
 roniano: "Valerius Max. tam similis est Ciceroni, quam
 mulus homini". Ger. Vossius de hist. lat. lib. I. c. 24. uti
 et Lambius. T. 2. de Bibl. Cos. pag. 934. quemdam Juli-
 um Paridem, Cantelius vero in sua Valerii Editione, Fa-
 nuarium Nepotianum Compilatorem autumat, iustiore
 forte suspitione, nam idem Nepotianus in epistola ad
 Victorem suum, quam exhibet Philipp. Labbeus T. I. Bi-
 blioth. Ms. p. 669. Scripta Valerii Max. a se in Epi-
 tomen redacta esse fatetur. Non minor est dissensio de
 Authentia libri X. de nominibus, pronomibus, cogno-
 minibus et agnominibus inscripti, sed hoc Criticis dis-
 cutienda relinquo. Lege praefationem, quam describere
 piget, Stephani Sigheii Epitoma de nominibus praefataam,
 in edit. Torrenii Sup. Cit. Tom. 2. pag. 874.

Leo
 Aut
 Astro
 lia,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 27

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=1726

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)